

Servatore gloriantur, re ipsa tamen
abnegant unicum Servatorem Ie-
sum *a*. Necessè est enim, aut Iesum
non esse perfectum Servatorem,
aut qui eum Servatorem vera fide
amplectuntur, eos omnia in ipso
possidere, quæ ad salutem requi-
runtur *b*.

31 *Quare appellatur Christus, hoc est, un-*
ctus?

Quòd à patre ordinatus, & Spiri-
tu sancto unctus sit *c* summus Pro-
pheta ac Doctor *d*, qui nobis arca-
num consilium & omnem volun-
tatem Patris de redemptione nostri
patefecit *e*: & summus Pontifex *f*,
qui nos unico sacrificio sui corporis
redemit *g*, ac assiduè pro nobis apud
Patrem intercedit *h*: & Rex qui nos
suo verbo & Spiritu gubernat, &
partam nobis salutem tuetur ac con-
servat *i*.

Hebr. 1. vers. 1. & Psal. 110. v. 4. Hebr. 7.
g Hebr. 10. v. 14. & 10. v. 12. & 9. v. 12. 27. h

*a 1. Cor. 1.
v. 13. 30. 31.
Gal. 5. v. 4.
b Heb. 12.
v. 2. Ies. 9.
v. 6. & 2. v.
10. Ioh. 1. v.
16. 1. Ioh. 1.
v. 7.*

XII.

*c Psal. 45.
v. 8. Heb. 1.
v. 9. Ies. 61.
v. 1. Luc. 4.
v. 18.
d Deut. 18.
v. 15. Act.
3. v. 22. &
7. v. 37. Ies.
55. v. 4. 5.
e Ioh. 1. v.
18. & 15. v.
15. Matth.
11. v. 27.*

*vers. 21.
Roman. 8.
v. 34.*